

CODEX 65. olim signatus 4/19.

*Foliorum 136, 236 : 164 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub
b. Frowino abate, quod docent versus sequentes fol. 1 :*

Ista tibi dona genitrix et virgo patrona
Froinum dantem serves apud omnitonantem.

*Codex rubricatus est et litteris initialibus minio ductis ornatus. Insunt quoque duae maiores litterae, Frowinianae quas manus inhabilis
resarciendo foedavit.*

Tractatus sancti Ambrosii episcopi de officiis. *Libri tres.*

Singulis libris capitula praeposita sunt. *P. L. 16, 23—184.*

CODEX 66. olim signatus 4/11.

*Foliorum 77 (quorum primum scripturâ vacat), 246 : 180 mm., partim lineis plenis (fol. 2—68.) partim binis columnis (fol. 68'—77') exaratus saeculo XII.
unicâ maiori litterâ delineatâ, multisque initialibus litteris miniatis distinctus.*

1° *Interpretatio vocabulorum sacrae scripturae ex s. Hieronymi
praecipue et aliorum SS. Patrum scriptis collecta. Fol. 2'—68.*

*Non pauca vocabula idiomate germanico exponuntur quae ediderunt
E. G. Graff, Diutiska III, 422—432. (Stuttg. 1826.) et K. Bartsch, Ger-
mania VI (XVIII), 46. et 47.*

2° *Glossarium, litteras A. B. C. complectens. Fol. 68'—77'.*

*Nomina promiscue hebraica, graeca et latina latinis vocibus et inter-
dum germanicis explicantur. Incipit: Adam. homo vel terrenus — Explicit:
cantarus naph vel kanneta. Vocabula germanica edidit K. Bartsch, l. c. VI
(XVIII), 47—49.*

*Fol. 77'. Versus aliquot de plagis Aegyptiacis ex Petri de Riga Aurora.
Prima rubens unda, ranarum plaga secunda . . . et eodem folio versus sequentes:*

Gaudet epar spodium, maze cor, cerebrum quoque musco
Pulmo liquiritie, splen capare, stoma galanga.
Cor sapit et pulmo loquitur, fel commovet iras,
Splen ridere facit, cogit amare iecur.